



fiti, id est, primi multiplicem rationem reddit. Sed neque illam perfecte, quod amborum causa vna sit, ac coniuncta, sic ergo

ad illum locum feretur. Tertio, quia latus κ impellitur, in maiore circulo: ideo ma-




vortex, cuius extremus circulus a b centrum in aquæ superficie c capacitas vorticis d e, vt aqua feratur per spatium d e f g, h k in maiore circulo nauis, aut aliud graue, quod natura sua non esset descensurum (vt falso exponitur de lapide, nam lapis, nec reuoluitur, nec fertur ad d e circulum intimum, sed præoccupat ex gravitate sua fertur in intimum) dico quod h k prius circumvoluetur, inde trahetur ad d e, & vbi fuerit ibi descendet, sed si leuius sit necessario perueniet ad c antequam descendat. Cum ergo aqua grauis sit tota, fertur ad circulum d e, vt descendat. Sed & quia descendit per d e f g, & magis ex centro e, ideo omnes partes circumuicinæ trahuntur ad d e, & ad e centrum superficiæ vorticis, tanquam ad ad centrum, vt descendant, atque id primum. Cunque lignum descendat partim propria gravitate, partim attractum, si fuerit leue corpus, vt pluma, quod natura sua non descendat, necesse est, vt descendat sola vi attractionis, quæ non est tanta in toto d e quanta in e, igitur oportet vt prius perueniat ad e quam descendat, quia contra naturam propriam descendit vi attractum. Cum verò pars quæ in directo c est, velocissime descendat, conantur omnes partes aquæ, quæ circa sunt descendere, & cum non possint simul peruenire, mouentur ad illud linea, dico quia habent initium in e, circulus autem nullum habet initium, igitur videntur moueri circulariter. Sed cum in circulo partes à centro moueantur, velocius mouebuntur, velocius in elica a b quàm l m, & l m quàm n o. Et ob has duas causas mouebuntur velocius partes quæ sunt circa c, quàm distantes ab eodem, tum quia in medio, tum quia tardius mouentur motu elice. Declaratum est enim superius quod vnus motus in eodem mobili alium impedit & retardat. Cum ergo h k sit in spatio a b l m & aqua rapiatur motu, dico ad d e mouebit ad d e, & motu dico qui videtur circularis, nam mouetur motu eius à quo sustinetur. Mouetur etiam ad d e, quoniam pars illa est humilior, nam semper descendit, omne autem quod mouetur partim est in termino, à quo, partim ad quem, ideo partim iam aqua illa cum descendat humilior est locus, igitur nauis

iore impetu quàm h, quare descendet & circulo mouebitur, nam si h quiesceret parum est, quod nauis circulariter moueretur, sed h fungitur vice quiescentis, quia tardius mouetur quàm k, igitur k mouebitur ad d e & motu circulari aut particeps eius. Quarta causa est, quoniam h cupit descendere, vt graue: ergo ferri vbi minus impediatur à motu violento, at minus impeditur in circulo, de qua a b, quia a b cum maioris sit ambitus aqua in eo ulterius fertur quam in d e, ob hæc omnia & in mari & fluminibus ac lacubus cum naues fuerint in ambitu vorticis iam rapiuntur ad illum, & circulari motu, isque motus est indicium submersionis, quoniam indicat aquam, ibi propè descendere recta versus centrum, & ob id prudentes nauæ magna vi ventorum & remorum sæpe seruant se, præoccupantes motum elicum recto motu. Cur autem aqua quæ est in a, non potius feratur per obliquam lineam ad d vel g, quam ad e vel c inde ex illis ad d vel g, præsertim cum adsit breuior a e & e d & a g breuior a e & c (vt docet Euclides) causa est quia aqua quæ descendit per e d & c g maiore impetu descendit quàm per a d vel a g vt demonstratum est, ergo non poterit quæ est in e d vel e g loco dimoueri, nec cedere aquæ per obliquam lineam descendenti.

Propositio centesima octava quinta.

Cur homo sedens quanto altius sedet, & quanto magis crura ad femora & femora ad pectus reclinata habet, facilius consurgat, cum tamen hæc opposito modo inuicem se habeant, declarare.

Huius secundam partem Aristoteles in Com.



Mechanicis proposuit; sed neque sub adiecta dubitatione, sedens n altius a b pectus b c femur